

Si uouenij Job duonij

Si uouenij Sneyderus

Si uouenij Job duonij

B

Si uouenij Job duonij

Si uouenij Job duonij

Si uouenij Job duonij

• Dnijenij vnumbe ii dnu

• dnu

- Personalschriften -
= 54 Nummern, 1628.-1642. J. =

51.	Albinus, M. Sav.	44.	Heinrich, öm.	35.	Pucklirsch, Jos.
32.	Baldwin, Fried.	46.	Holtzmüller, J.	41.	Quellmalz, Sav.
33.					
34.					
42.	Bamberg, öw. d.J.	49.	Hörlemann, Andr.	8.	Röber, Sabina
26.	Barthmann, J.	49.	Hülsemann, Johann	45.	Schindler-Berg
24.					
4.	Biener, Christ.	50.	Hochner, Paul	43.	Sperling, Paul
5.					
40.	Braun, Valmt	7.	Johann Georg Kurfürst	18.	Stroer, Matth.
20.	Coler, Johann	21.	Kirsten, Mart	1.	Treutzbach, Christian u. a.
22.	Cramer, Theod.	11.	Liborius, Johann	11.	Ule, Johannes
24.	Crusius, A.	16.	Macht, Michael	12.	ders.
48.	Ehrenhold	3.	Neefe, Joh. Casp.	25.	Wagner, Gotth.
23.	Emmerling, öm.	13.	Nigrinus, Will	6.	Weber, Paul
54.	Zienow				
54.	Ferdinand III	14.	ders.	31.	Wächinger, Joh.
53.					
10.	Gärtner, Paul	15.	ders.	39.	Weisskopff, J.
	Eigliche				
47.	Götterrichtungen nach Ovidschet. Art.	36.	Plattner, Georg	9.	Weller, Jakob
2.	Graul, Daniel	34.	Polonius, Raph	19.	ders.
28.	Graul, Daniel	38.	ders.	30.	ders.

E.

Votivæ acclamations

Nuptijs

REVERENDI, HUMANISSIMI, ET PRÆ- STANTISSIMI VIRI DOMINI

M. CHRISTOPHORI BIENERI,

Poet. Laur. Cæsarij, Pastoris Ecclesiæ, quæ
Ebersdorff colligitur, dignissimi,
S P O N S I ,

Et lectissimæ pudicissimæq; virginis

ROSINÆ

Viri Amplissimi & Prudentissimi

D N . F R I D E R I C I Ströers /

Senatoris Reipubl. Chemnicensis, primarij
filiæ dilectissimæ,

S P O N S E ,

Ad XIII. Calend. Martij, Anno æræ Christianæ

clo i o c x x i x .

C H E M N I C I I celebrandis ,

Boni nominis & ominis ergo scriptæ

Ab amicis qvibusdam Chemnicensibus.

Freibergæ Hermundurorum, Typis Geotgij Hoffmani.



Apiarium Stramineum.

Sunt loca, que monstrant Apiaria Stramine texta,
Sedula mella quibus dulcia condit Apis:
Quae saltus, sylvas, hortosq; peragrat amoenos,
Qui flores redolent, purpureasq; Rosas.
Hunc Rex inter Apes morem servare cupiscit,
Hinc qui Bieneri nomen & omen habet.
Hyblaes latebras nam Stramine texere tentas
Vivo, pro lubitu quo volet & revolet:
Quod cuto Veneris dulcissima mella recondat,
Tutò quo foveat pignora chara thori.
Involat atq; Rosam formosam, Stramine natam,
Stramine, quod tota claret in Urbe fatio.
Hac potior suboles, haec certo tempore certe
Dulcia mella dabit, pignora chara dabit.
Iova iuvet, quo sint Apiaria vestra repleta
Melle Dei Verbi, melleq; amoris. Amen.
Iova iuvet, circum quo tecta Examina ludant,
Que referunt Patris, oraq; Matris. Amen.
Iova iuvet, quo felices vivatis in evum.
Hic, & ibi caeli tecta petatis. Amen.

Ita ioco-serio ludebat
& vovebat.

M. Sebastianus Hommel Chemnic.
in patria Diaconus,
Anno, quo

Christophorus Blenerus Rosina M. Ströern DVXIT.

Ströerner

Ströerner Bienkorb.

An manchem Orth man Körbe weiß/
Artlich aus Stroh geflochten/
Darin die Bien mit Wunder fleiß
Ihr Honig thut auskochen/
Daz sie aus schönen Blümelein/
In Gärten vnd in Wäldern/
Sonderlich aus den Röselein/
Wunderlich kan behalten.
Darumb hat Magister Biener auch/
Als ein Weisel in allen/
In acht nehmen wollen den brauch/
In dem ihm wolgefallen/
Aus Stroh ein Bienen Körbelein/
Ihm zu flechten behende/
Da er woll fliehen aus vnd ein/
Vnd Honig machen könnte.
Darumb er Friedrich Ströders Haß/
Als einen Rosengarte
Besleucht/ vnd ihm zeuhet heraus
Ein Röflein fein vnd zarte/
Diß Röflein vnd diß Bienlein klein/
Werden gar gute Sachen/
An Honig vnd jungen Bienlein/
Durch Gottes Gnaden machen.
Gott geb daß ewer Herz allzeit/
Mit Honig überfliesse
Des Worts / vnd Gottesfürchtigkeit
Vnd rechter Liebessüsse.

):(t̄

Gott

Gott geb/daz kleine Bienelein/
Kurtz vmb ewer Hauf schwermen/
Die Vat^r vnd Mutter ehnlich seyn/
Als ewre Leibes Erben.
Gott geb/daz iher hier lange zeit/
In frieden lebt bey sammen/
Vnd dort in alle Ewigkeit
Bey Gott vnd Heilgen/ Amen.

SERIA LUTHERI ET PAPÆ

*Disceptatio, de
Conjugio Ministrorum Ecclesie.*

LUTHERUS.

H^Eus Papa! dic, ego Te per rasam adjuro cohortem,
Per studium, si qvod, ^{Vel} ~~tum~~ pietatis, habes;
Cur fremis in Jovæ servos verbiq; Ministros,
Qui cupiunt casti vincla subire tori?
Illos cur prohibes Gnatos Gnatashq; creare,
Quos lex, nec ratio, nec D^EV^s ipse vetat?
Tun' major Jova Ponti-fex summa, vocari
Naturâ & major, pessime Papa, cupis?

PAPA.

Sancte Deus! ✝ Sancta genetrix! ✝ fugitive Luthere,
Parce tibi: & nostro da bona verba gregi!
Qvis tu, qvivé tui similes sunt, sat scio. Sed rem.
(Ne qvid plus dicam) me tetigisse juvat:
Nescin' pandentem sacræ mysteria legis
Ut deceant semper castra pudicitiae
Casta decent castos. Mystes discedat ab aris,
Qui subit impuri jura marita tori.

L. Quid

- L.** Quid Papa? tun' damnas connubia sancta? jugali
 Inqve toro castè vivere posse negas?
P. Sic statuo. Nam qui in sociali foedere vivit,
 Non vivit Domino, vivit at ille toro.
L. Toto erras cœlo, Præsul sanctissime, sanâ &
 (Scripturâ & memet judice) mente cares.
Conjugium res grata Deo est: qui conjugis usu
 Gaudet, is æternum laudat amatq; D E V M.
P. Decredo. Nam cuī res fortè domestica curæ est,
 Servire æterno qvi potis ille D E O ?
Quiq; per amplexus it S P O N S A E , vivere castam.
 Qui potis est vitam, Tute Luthere vide?
L. O caput insanum, Gyaris & verbere dignum!
 O dignum risu Pontificale decus!
Cura Domus costæ: sacrorum cura Marito
 Mandatur: sic & servit uterq; D E O .
 Ibo per amplexus quid tum? num vivere vitam
 Non possim castam? qua ratione? doce,
Esse opus impurum dicis: quo teste probabis?
 Impurum quod sit, Papa scelest, nego.
 Et licet adjaceat vitæ huic ab origine labes,
 Hancce tamen semper copula honesta tegit.
P. Scilicet hæc Mystas; Privatos talia spectant,
 Ni Mystas istis dixeris esse pares.
L. Falleris & fallis. Quid HENOC H NOACHUSq; fuere?
 An vulgus? Mystæ numnè fuere pii?
Conjugij expertus tædas H E N O C H I U S olim
 Sustulit è casto pignora multa toro;

):(3

Hunc

Hunc tamen at vitæ probitas & amoris honestas
Ornabat, vivum & traxit ad astra Deus.
Quid N O A H ? num Monachus ? non credo. namq; JA-
Atq; CHAMI & SEMI dicitur esse pater. (PHETI
P. Rideo. L. Quid rides ? P. in sacro codice verbi,
Rideo, qvod puer es : rideo, qvod rudes es :
Non torus H E N O C H U M , lascivæ aut copula carnis;
Sed PIETAS sanctum traxit ad astra virum :
Nec proles NOHAM, nec blandæ copula carnis;
Sed PIETAS sanctum reddidit alma virum .
L. Ploro, P. qvid ploras ? L. mediæ qvod luce tuendo
Cœcutis : ploro, qvod ratione cares.
Qvod torus HENOCHUM, NOHAM vel copula carnis
Fecisset supero, pectora grata, D E O ;
Hoc ego nec dixi, nec dico. fingere Papæ
Miscere aut summis prima vel ima licet :
Sed dixi, dico, dicam. Qui Conjugis usu
Gaudet, non Jovæ displicuisse potest.
Hoc tu Papa negas. Hoc rides Papa, ferisq;
Fulmine, sed bruto : nos fatuosq; putas ?
P. Non puto, sed dico. Nam quæ fors dicta profaris
Sensibus omnino vix capis ipse tuis.
Conjugium laudas, benè, Sed cur Conjugis usum
Tu violas ? voti non memor ipse tui.
Non tibi Conjugio juncta est Ecclesia ? qui ergo
Avis uxores ducere lege duas ?
Legibus est vetitum, quod tu qvia negligis, à me
recte accusaris crimine adulterij.
L. O caput insanum ! stolidæ ô rationis acumen !
Sic adeon' plumbo pectora crassa geris ?

Conju-

Conjugium laudo: commendō conjugis usum:
Et verē voti sum memor ipse mei,
Uxores quod me binas nugaris habere,
accusas & me nomine adulterij;
Hocce tuo pro more facis: sed nil agis: illa
Nam CHRISTI sponsa est: corporis ista mei.
Utramq; amplector, cultu sed disp̄are, Sponsas
Sic ambire vetat lex mihi nulla duas.
Hoc qvia Tu ignoras, sensu nec percipis; ehem!
Vin' dicam qvi sis Papa? μέγιστος ὁντο.
P. Vah! satis audacter: furijs agitatus & østro
Invehis in sacrum, dire Luthere, caput.
Si Te, (sed pr̄estat mentis componere fluctus)
Impunē haut ferres: nec mihi, crede, feres.
Tanta tuæ menti rabies linguæq; flagellum
Insidet, ut qvidqvam s̄avius esse sciam.
Sed meminisse juvat. Quid ad hæc scelerate profaris,
Quæ Paulus scriptis prodidit usq; suis:
Qvi cælebs vivit, Domino placuisse laborat:
Contrà sed Sponsæ quisq; placere studet.
Rectius ergo Mei Faciunt & sanctius. omnes
Dum vitant dicti vincula Conjugij.
L. Nugæ nugarum! nugis nugaris Alastor.
O nugæ! nugas desine Papa loqui.
Sed qvia mi fulmen Latium minitaris & ignem,
Sensibus hæc tantum Papa repone tuis.
Conjugium res sancta, viris dignissima sanctis:
Qvi subit hoc, sancto perplacet ille DEO.
Et qvid n̄ placeat, cùm sancti prorsus amoris
Et sator & fautor creditur esse Deus,

Hunc Tu cūm Monachis cum, fœdis Papa Suitis
Proscindis miris dilacerasq; modis.
Qvis fuit Ezechiel? Tharides quis? Zacharias &?
Nonne viri juxtā corq; animumq; D E I?
Hi non in morem Monachorum cœlibe vitâ
Sunt usi, verūm fœdere conjugij.
Nec tamen ut reris, fœdâ statione manebant,
Nec summo, ceu vis, displicuere D E O.
Funigeros laudas fratres, laudasq; Suitas,
Qveis lascivius est fœdius atq; nihil.
Vin' testem? testem præbet mihi ROMA lupanar:
Claustraq;, qvot, bello Regna subacta, fovent.
,, Non mendicorum tot sunt stipata pediclis
,, Pallia, qvot Monachūm pectora flagitijs.
P. Vah kominem insanum! quid agis maledicte Luthere?
Siccine tām sanctos tu reverere Patres?
Claude polum PETRE|ō: gladium tu stringito P A V L E :
Tuq; in subsidium Sancta M A R I A veni!
Hæreticum virus serpit, nos pendit & assis:
Hic Luther abjectæ conditionis homo.
Et quia fronte caret, verbum non amplius addam:
Hærefoes verūm judico, damno, reum.
L. Ast ego; cūm cœli J O V A M, nec Tartara, curas:
Qviq; geris Satanæ viq; doloq; vices;
Qvi simul & CHRISTI sed PSEUDOVICARIUS audis,
Pro summo jactas Te malesane D E O;
Qvod culpas laudanda, probas culpanda; simulq;
Misces audaci fasq; nefasq; manu;
Qvid dicam? C A P I T I C H R I S T O adversaris, & inde
Verè ANTICHRISTI nomen & om̄en habes.

P. Ocyus

P. Ocyus ò superi fugite hinc. nos namq; Lutherus
Enecat! ò flammis digne Luthere vale.
Li Antichriste vale: meritrix Babylonia cede:
Et Romæ pontes ditis ad antra strue.

Δποστοφη ad Dn. Sponsum.

Tu benè SPONSE facis Latij qvod dogmata Papæ
Nil curas: thalami at foedera casta subis.
Nam Papa qvod damnat, laudat DEUS, auget & ornat.
Papa tori semper Rosor & osor erat.
Sed benè, sanctior est nam semper vita jugalis,
Qvam cœlebs flammis flagitiisq; scatens:
ILLA etenim parcè concessò indulget amori:
HÆC verùm stulto semper amore furit.
Jam cesso, & vobis hæc addo: Vesta fVtVra
SIT sIne LIte DoMVs: non sIne proLe torVs.
Non dolor infestus socialia gaudia turbet:
Non Papa: non pestis noxia, Marsq; furens.

Ex zelo & animo fundebat

Adamus Andreæ p. t. Sch.
Chem. Rector.

Dat Friberga tibi superas venisse sub auras
Agminis & membrum Christicolum esse facit.
Dat Witeberga artes, largos dat Dresdag; honores,
Non flocci hac facies omnia Sponse, puta.
Tandem mellifluam tibi fert Chemniza Rosinam,
Hanc nec pro minimo cernis habere Bono.
Hisce Bonis qui te decoravit Sponse perite,
Plurima nunc addat Rex, Deus Omnipotens.

Hinc

Hinc Rosa florescat, Verno jam tempore crescat,
Et Sponsus varias colligat inde Rosas.

M. Christianus Engell

Floribus insidit varijs mirandus apum grēx,
Plurimus ast apio gaudet, avertq; rosas.
Id circumvolitat, caput his caudamq; recondens
Pro caveis fugit dulcia mella suis.
His sua compositè fusis mellaria compleat
Pro victu hyberno, pro dominoq; suo.
Sponsus idem intendit, cui grex apiarus omen,
Cognomenq; sua conditione dedit.
Hic oculis, animoq; bortos lustravit amēnos,
Virginei flores multiplicesq; chori.
Ante alias apium placet & rosa, Sponsa ROSINA
Cuius compleri melleo amore cupit.
Ut sub amara habeat fortuna dulce levamen,
Solamenq; mali sorte tonante sciat.
Compleat hoc, complens Deus optimacuncta, cupitum,
Et fortunet Apem, prosperitetq; Rosam:
Ut Rosa, que Sponsa est, vireat, saturetur Apisq;
Que Sponsus, Rosula cordis amore sue.

Gratulationis & amicitiae illibatae
notam exiguis his ponebat.

Zachæus Christocrates Faber,
S. S. Theol: stud.

Bon der Bienen vnd Rosen.

Ge Biene zwar sich auff viel schöner Blumen setzt/
Doch sehr sich an Peterlin vnd Rosen ergetzt/

Die

Die fleucht vmb jene / in diese sie sich eindringt/
Und draus das allersüsseste Honig erzwingt/
Damit füllt sie die Blas vnd Beinlein wunderlich/
Und leert sie aus hernach in Bienstock ordentlich/
Auff daß im Winter ihre Nahrung mangle nicht/
Und ihrem Herrn auch ein süß Wäuligen zuricht.
Eben daher des Herrn Bräutgams Intent herrührt/
Der von dem Heer der Bienen seinen Namen führt/
Denn ob er wol mit seinem Sinn vnd Augen beyd
Umb Gravenzimers Garten Blumn ohn vnterscheid
Geflogen ist/ doch haben ihm beliebt allein
Das kräftig Apium vnd weisses Roseleins/
Vemlich sein Erbar' vnd Vieltugendsame Braut
Genant Rosina / die ihm heute wird vertrawt/
Die sol sein Hertzensgart vnd liebe Rose seyn/
Dasselb zufüllen mit Liebsong vnd Honigseim/
Daz es gescheh / so woll der fromme Himmelwan
Die Rose stäfigs blühn vnd herrlich wachsen lahn/
Dem Herrnen Bräutgam glück zu seinem Flug beschern/
Diel liebes mal vnd Fremdenstück darvon gewehren.

Hæc mea sunt
Mysta verende,
Sponse novelle,
Candida vota:
Hæc mea sunt
Optima adelphi,
Sponsa novella,
Candida vota:
Jovia secundes,

Suggerat atq;
Plurima vestro
Plurima honesto
Commoda cepto.
Aurea circum-
Pax habitet - vos:
Unica sit mens,
Una fidesq;
Unus amorq;

Sors

*Sors sit & una.
Sponsa ROSILLA,
Sit ROSA semper
Florida, nunquam
Marcida, Sponso.
Sponsus itemq;
Melliferaq;
Instar APIS sit,
Postmodo Sponse.
Vivite lati,
Vivite sani,*

*Vivite longa,
Tempora vita.
Hac rata sunto,
Sponse novelle,
Hac mea sunto,
Sponsa novella,
Candida vota.
Plura dedissem,
Plura sed ecce
Musa tenella,
Vota recusat.*

Fridericus Ströerus Junior
Chemnic, Sponsæ Frater.



F I N I S.

Stadtbibliothek Chemnitz



A 145109 5

